



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana**

**Regino <Prumiensis>**

**Parisiis, 1671**

2. De juratoribus synodi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14622**

Episcopo, quicquid de minoribus & levioribus causis corrigere potest, emendare satagat; ut Pontifex veniens nequaquam in facilioribus negotiis fatigetur, aut ibi immorari amplius necesse sit quam expensa sufficiat. At enim Dominus ad Moysen de hujusmodi cooperatoribus: *Vt tecum sustentent onus populi, & non tu solus graveris.* Et beatus Johannes Baptista adventum Domini præcurrit prædicando dicens: *Pœnitentiam agite &c.* Et idem: *Parate viam Domino.* Siquidem Episcopus vicem Christi agere videtur. Et ideo cum gaudio, timore, & summa reverentia à plebibus sibi subjectis suscipiendus est, ut illis cum laude dicatur quod Apostolus discipulis dicit. *Testimonium, inquit, vobis perhibeo quòd ita suscepistis me sicut angelum Dei, sicut Dominum Iesum.*

Num. 11.

Matth. 3.

Gal. 4.

De juratoribus synodi. *Vnde supra.*

Burchard. lib.  
1. c. 91.

II. Episcopus in synodo residens, post congruam allocutionem, septem ex plebe ipsius parrœchiæ, vel eo amplius aut minus, prout viderit expedire, maturiores, honestiores, atque veraciores viros in medio debet evocare; & allatis sanctorum pigneribus unumquemque illorum tali sacramento constringat.

Sacramentum synodale.

Burchard. lib.  
1. c. 92.

III. Amodo inantea quicquid nosti, vel audisti, aut postmodum inquisiturus es, quod contra Dei voluntatem & rectam Christianitatem in ista parrœchia factum est, aut in futurum erit, si in diebus tuis evenerit, tantum